

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Mutianus Rufus doctor, Ioanni Reuchlin S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

VIRGIL  
I O. R E V C H L I N. L I B E R P R I M V S

ignorabat Ioseph. Lazio meum uel etiam tuū, aut si mauelis utri usq; nostrum tibi unice commendo, quem sua & uirtus & probitas commendare non cessat, ego & si taceam. Deinde tu me sodalitati tuæ literariae istic summa benevolentia coniungas opto, & fœliciter ualeas. Anno M.D.XII.

Mutianus Rufus Doctor, Ioanni Reuchlin S.

**E** Mi Rabanum tuam Germanorū eruditissime, tuum iure dixi, quem & urbs tua patria quasi ab iferis reuocauit, & tu bene tor nato ac mire graui sanctoꝝ poemate illustrasti. Videbaſ mihi pater ille postliminio renunciasse, ita cōsernuit, ita nusq; de eo méto habebat, credo facies opis a trāscribēdo libraios deterruit. Sed nunc tuorum municipum industria reuiriſcenti gratulāntur om̄es, inuitati opinor testimonio uel potius iudicio tuo, Quis enim Ioāni Reuchlin p̄conia laudum celebranti non acquiesceret? Nam per suadēmus nobis apposuisse te prius q̄ imprimeretur miniatas cerulas & calculum seu notas doctissimae manus tuæ. Sæpe uolebam au spicari tecum amiciam, testis germanus meus principis Hassiaꝫ cācellarius. Testis Tritemius, testis Nicoleos Hirsaugiensis monach⁹ Semper mihi defuit occasio, doctrinam enim tuam singularem & generosam facundiam & infatigabile studiū amplector, admiror, p̄dico. Breui fore spero, ut quod Picus pollicebatur, tu examūsim per ficias, tñ ab humanitate tua peto, ut Mutianum tui nominis atq; honoris studiosum in album amicorum recipias. Et si uacat, indica mihi nomina librorum quos hactenus inuulgaueris. Bene ualeas, decus omnis literaturæ ac sapientiæ. Ex Gotha Thuringorum ad Cal. Octob̄tes M.D.III.

Georgius Spalatinus, Ioanni Reuchlin S.

**A** Egredie fuit animo meo Capnion eruditissime iam anno & amplius nō potuisse literis tuis & humanissimis & literatissimis respondere, Quibus ex autoritate ueteris & recōditionis historiæ scribis. Phrygas nostris Saxonibus generis esse proautores. Et simul diuū Fridericū ducē Saxoꝫ principē nostrū īmo Romani imperii electorē Op. Max. grauiter & uere laudas. Mirum qua religiōe deum omnipotentem & suos suspiciat, qua charitate bonos amplectatur, qua munificentia Mutianum & me eruditissimū quenq; prosequatur, qua deniq; fide iusticia integritate uigilantia tot gentibus